BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 23r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dicet. Forte mendacium est in dextera
mea. Memento horum Iacob et Israel.
quoniam seruus meus es tu. formaui
te. Seruus meus es tu Israel. non ob
liuiscaris mei. Deleui ut nubem
iniquitates tuas. et quasi nebulam
peccata tua. Reuertere ad me quoniam
redemi te. laudate celi quoniam misericordiam
fecit dominus. Iubilate extrema
terre. resonate montes. laudacionem
saltus. et omne lignum eius quoniam re
demit dominus Iacob. et Israel. glorifi
cabitur. Hec dicit dominus redemptor
tuus. et formator tuus ex utero. Ego
sum dominus faciens omnia. exten
dens celos. solus stabiliens terram. et
nullus mecum. Irrita faciens sig
na diuinorum. et ariolos in furorem
uertens. conuertes sapientes ret
rorsum. et scienciam eorum stultam
faciens. Suscitans uerbum serui sui
et consilium nunciorum suorum complens
Qui dico Iherusalem habitaberis. et ciuita
tibus iude habitabimini. edificabimini et
deserta eius suscitabo. qui dico pro
fundo desolare. et flumina tua are
faciam. qui dico ciro pastor meus
es. et omnem uoluntatem meam com
plebis. qui dico Iherusalem edificabis
et templo fundaberis. XLV

Hec dicit dominus. Christo
meo cyro cuius apprehen
di dexteram ut subiciam
ante faciem eius gentes. dorsa re
gum uertam. et aperiam coram eo
ianuam. et porte non claudentur. et
ego ante ibo et gloriosos terre humi
liabo. Portas ereas conteram et uec
tes ferreos confringam. et dabo tibi
thezauros absconditos. et archana
secretorum. ut scias quia ego dominus
qui uoco nomen tuum sanctus Israel. Propter
seruum meum Iacob. et Israel electum
meum. Et uocaui te nomine tuo as
similaui te et non cognouisti me. E
go dominus et non est amplius. Ex
tra me non est deus. Accinxi te et non
cognouisti me. ut sciant qui ab or
tu solis. et qui ab occidente sunt quoniam
absque me non est deus alius. Ego do
minus et non est alter. formans et
creans tenebras. faciens pacem et
creans malum. Ego dominus faciens
omnia hec. Rorate celi desuper
et nubes pluant iustum. aperiat
terra. et germinet saluatorem. et iusti
cia oriatur simul. ego dominus cre
aui illam. Ve qui contradicunt factori
suo testa de sanis terre. Nunquid dicet
lutum figulo suo quid facis. et opus
ritum absque manibus est. Ve qui
dicis patri. quid generas. et matri
quid parturis. Hec dicit dominus
deus. sanctus Israel. plastes eius. Ven
tura interrogate me super filios meos.
et super opus manuum mearum mandate
michi. Ego feci terram et hominem
super eam creaui ego. Manus mee
extenderunt celos. et omni milicie
eorum mandaui. Ego suscitaui
eum ad iusticiam. et omnes uias eius
dirigam. Ipse edificabit ciuitatem
meam dimicet non in precio neque in
muneribus dicit dominus deus exerci